



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annvs Sanctvs Ac Fortvnatvs**

**Coloniæ Agrippinæ, MDCXLVIII**

S. Antonivs Abbas 17. Ianuarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53246](#)

# S. ANTONIVS ABBAS

17. Januarij.

1. Natus est nobilibus, p̄isque Parentibus, sancte-  
quē educatus, vanas & ineptas fabulas aueſibat, ir,  
diuina vero libentissimē audiēbat: Templa affidue  
frequentabat: In quo, cum mortuis Parentibus au-  
disset illud ex Euangelio: Si vis perfectus esse, Vade,  
& vende omnia, & da pauperibus, & habebis thesa-  
rum in cœlo sempiternum: mox abiit bona sua Pau-  
peribus omnia distribuit, mundo le penitus abdica-  
uit, ad solitudinem se recepit. vi Deo liberius servire  
posset. DOC. Gratias age Deo pro bona parentum edu-  
catione. Fabulas inutiles spegne: diuinis inhia.

2. In solitudine orationi & meditationi vacat:  
manuum labores adiungit, lucrum pauperibus distri-  
buit. Aliorum virtutes obseruat, imitatur, & breui  
superat omnes. DOC. Fae & tu similia pro tuo statu.

3. Infestatur variis Diaboli tentationibus mun-  
danis & carnalibus, sed meditatione mortis, Indicij  
extremi, & poenarum infernalium facile superat. A  
Dæmone diuerberatur, à toto Diabolorum exercitu  
sub specie Loporum, Leonum, Draconum, Tygridum  
&c. vehementissime oppugnatur: sed Fide Christi, e-  
iusque cruce munitus omnes mox fugat. DOC. Fide  
Christi ac oratione omnes tentationes vinces.

4. Omnes ad se venientes besigne suscipit, in-  
struit, monasteria multa condit, Deo seruire docet.  
Sapientes Aulicos, & Philosophos illiteratus confu-  
tit. Morbis & Dæmonibus obsessos liberat. Omni-  
bus charitatem exhibet. DOC. Fias & tu omnibus  
omnia.

5. In operibus bonis continuo perseverat usque  
ad unum tot, tunc suos omnes ad amorem Dei ad-  
hortans ad Eremum redit, ibique latutus in Domino,  
mortem suam praesciens obdormiuit. DOC. Persevera  
in bono, quia solus qui perseveraverit usque ad fi-  
nem, saluus erit.